

editione tuâ dum sermo nunc est, sicut me in eâ post
 menda Typographi, adscribere etiam auctori erratum unum.
 Id reperio libro Heroicorum pagg: 34. et 35. quæ tantâ sui
 parte vitiosi sunt, ut meâ non sententiâ solum, sed et
 auctoritate, insigni © corrigendi sint. DELE inquam
 TOTVM inâ a linea Decima unius, ad alterius Decimam
 quintam. Nam quis te Deorum eò imprudentiâ adegit,
 ut politissimæ telæ tam infamem maculam adpersam velles.
 At fuit sanè cur velle posses, Barlae, fateor. illustrandæ
 nimirum luci tuæ a meis tenebris. Id si ita est, ignosco
 iterum, et deleo censuram. Utere me et frues quâcumque
 ratione expedire credis. Ego ille tantam amicitia libertatem
 professus, injurius sim, si quicquam prior detogavero. A casti-
 gatione benigne libri, ad laudes transirem, nisi tu Barlaeus
 esses, Id est, nisi tantas mereceretur, ut par offerendis non sim,
 vel tantillas offerre possem, ut par ferendis tua fiat modestia
 facio itaque hic finem, et si verbum addendum est, publico tibi
 nomine gratias ago, quod nobilem thesaurum indignissimo
 sæculorum tamen non invideris. Ad Genethliacas literas tuas
 quarum eruditissimam elegantiam passim cum eruditionis et
 elegantiarum quotquot sunt cultoribus communico, nihil
 repero, nisi quod insignem in iis, erga me meosque affectum
 tuum præter cætera avidè exasculor, ac tantæ humanitati
 valde me obstrictum sentio. Pluribus nunc non vaco.
 nequidem per te ipsum, qui jucundissimâ lectione novâ
 omnem Hugenum occupasti. Vale vir Doctissime, et
 innoxentem licet amicum certè nec ingratum. nec imme-
 morem amare perges.

Hug. a. Aprilis 1628. C. Hugenum.

~~Ignato. facte
 Oladsworth.~~

~~Excellentissimo Comiti Pembrocæ, sic ita, offensam fieri id hæc
 possit, humilissimas obsequia, mea ut deferas, valde cupio.
 venerari quorundam cultus religioso magis viri memoriam, in
 quo parem tantæ castitudo, candorem, et præstantiam ceteris
 omnes deos et laudes. nunc ut valeas Deum rogo et insignem
 et totusque amicum finitimus (quem toto pectore saluto) ut
 in memores mei vivatis nunquam qui in animo vos gesto
 semper in ore quam solissima Haga Calend. Maji 1628.~~

Oldiswortho.
S. P.

Præterquam Oldisworthi Clarissime, quod quasi ΔΕΩΝ ΚΕΟΚΑ
 ΔΕΔΕΙΣ ἄνω καὶ κάτω πρὸς ὅσοναι. Satis hactenus causa fuit
 cur sileam, nisi antea tot consulta oracula super enigmate ves-
 tro quod referrem non fuit. Enimvero vix vel nunc est
 postquam omnem lapidem movimus, quo gloriolam istam
 Britannis Batavi præcipereamus. Quamquam desperasse
 me ab initio de successu fateor qui tanta tibi ingenua
 frustra exercuisset, Seldeni impietatis, cuius Heinsium
 meum recordari solere cum stupore tibi dictum sit et
 amicis, neque enim id viri modestia, ferat. Quantopere
 hic circa noctuam sudatum sit, longum foret recensere.
 Accipe historiam rerum in Barlei liberis, quas quia nihil
 omisit ille quod ~~ad~~ ad rem faciat, in gratiam vestram
 libenter exscripsi. Si denique meam quoque sententiam
 expectas, ego sic sacris verbis respondeo pronuntio, ὅτι
 ἄνθρωπος ἔχω, καὶ τὸ φερέω ἐστὶ βαδὸ, prorsus impara-
 tum hominem ab omni rerum abstrusarum eruditio-
 ne nactus es. Tum oracula omnes, ad me quod atti-
 net, comiter secum agi existiment, rogo, si quod plano
 illi et rotundo characteris tradiderunt obiter subinde
 percurro, et infinita dialectorum varietati cateroque
 offrandissima omnium licentia tepide succensco, quod
 vehementiorem animam in furorem agant, plurimos
 autem sic deterrant, ut raro quengquam in penetrabilia
 tam salebrosa eruditionis pervadere videas. Ergo iterum
 cum Theologis, apud me statuo sufficere ad salutem
 qua dilucide habentur. et tuam cum venia mi Oldisworthi
 tollo manum, ab operosis nugis, quas qui Critici invocant
 curiosi desipiat mea opinione. Quos mihi sub adventum
 Legati Carletonij commendasse viros doctos, parvi fecisse
 amicitiam meam indignos tenis, quam quod com-
 mendationis tuae parum tribuisse videntur. Sapius ad
 me visere minati, hactenus nihil præstitere. Itaque
 tui munus est, quam vilis rei iacturam fecerint, veris
 nunc indicare, quam ubi meritum aliquod meum
 amici de amico olim persuadere conatus es. Si qua te
 domestica res meae tangant, scito ante hebdomadas aliquot
 natum mihi Constantinulum, quem postridie statim
 Heinsij et Barlei Musæ nascentem doctis plausibus ex-
 cepere, Torum copia tibi fieret, si ad manum essent
 sub hujus auctis discessum, quam promptè describerem.
 Nunc ut valeas Deum rogo, te vero et insignem utriusque
 amicam

Joann. 4. 11.

24

Finetorum quem toto pectore saluto, ut immemores mei
vinitis nunquam, qui in animo vos gestio semper, in
ore quam saepissime. Hagae. Calend: Maij 1625.

Excellentissimo Comiti Pembrociae, si C. Hugenius

contra offensam fieri ad hic possit, humili-
sima obsequia mea ut deferat valde
cupio. Veneror quendam cultu religioso
magis viri memoriam, in quo patrem
tantae celsitudinis candorem, et praestantiam
entis omnes deos culamus.

De Bassio quod quaeris, Illam ego non tam
familiariter petroni, ut asserere ausim
quomodo ad remuneraciones quod attinet, af-
fectus sit. Quamquam credibile sit, non
tam Pyrricum esse, ut a summi viris
profecta honoraria temere respiciat.

Thorio Calandrino
Brouartio.

(92)

Si in Otio estis Viri Amicisissimi, bene est, ego quidem
non sum, ex quo Illustrissimi Principis mandatis devinc
tam teneo mentemque manumque. OTIORUM tamen
quibus paullo ante mutatae rerum meorum faciem, ita
defunctus fui, ut qui statueram non otari amplius, et
copiam vobis per hunc ipsum ne nunc quidem denegandam
censui. Accipite ista et legite, quasi ultimos exultantis
Musa conatus, et eadem chorda non alias obstratura.
Alio nunc proorsus, alio reuelleris nescire non potestis.
Vobis autem avellat nunquam, si pergitis me amare,
qui vos in animo circumgesto. Valete, Raptim
Hagae 15. Cal. Septembris 1625.

Vester totus

C. Hugenius.

J. J. Pontano

(93)

Manusculas tuas mi Pontane, vidi quam libentissime.
ut ambitiosa rerum novarum cupido me tenet, et hi
in praetio est, quod propria manus offerunt magnorum
auctorum: Horum de numero quam ^{seis} apud me si, testa-
tum carmine quod vides feci, Tibi potius morem ut
gererem, quam quod significandi affectus erga te
mei. ~~fiducia~~ ^{fiducia} ~~ut~~ fiducia, ~~tenique~~ ^{tenique} ~~te~~ dignum aliquid
proloquendi spes esset. Si parum expectationi respondeo, tibi
est quod impates, hominem in me nactus, qui vel existima-
tionis propria detrimento negare quicquam ~~regentiam~~
postulanti amico non didicit. Caputini utique ad haec sacra
admittimus, quibus ~~non otia~~ ^{vel non otia} ~~non~~ ^{non} homines, non
concessere Columna. Ad caput Ilegiae et indignationem ~~legit~~
quod